RECVLA

Cancellarie ſuper prerogatiuis prela
torum domeſticorum. S. D. N. Refe-
rẽdarioꝝ: protho. correcto. ſubdiaco.
Palatii apl̃ici cauſarũ Audi. Ca. ap.
clericorum illiuſqꝫ generalis Audito.
Abbreuiato. aliorũqꝫ familiariũ nec-
non familiariũ Card. ad pñs in Pala-
tio Apo. reſideñ. ac ſue capelle. canto
rũ ꝛc. quo ad expectatiuas ꝛ alias pro
uiſiones in cancell' apl̃ica publicata.



SANCTISSIMVS In Chriſto pater &
dominus noſter dn̄s Leo diuina prouidē
tia. pp̄. x. qui dudum nonnullis familiari
bus ſuis continuis comenſalibus in lr̄is
ſuis ſup hoc confectis/deſcriptis quaſdā
antelationum prerogatiuas in aſſecutione beneficioꝝ
eccleſiaſticorum que vigore gratiarum expectatiuaꝝ
eis conceſſarum & concedendarum/illarumqꝫ/reuali/
dationum extenſionum ampliationum & mutatio/
num collationum acceptarent vel acceptaſſent/& de
quibus ſibi prouideri ſeu que ſibi cōmendari obtine/
rent & obtinuiſſent Motu proprio & ex certa ſciētia
gratioſe conceſſit prout in illis plenius continetur.
Intendens nōnullos Romane Curie officiales & alios
infraſcriptos eorum exigentibus meritis fauoribus
proſequi gratioſis/Motu & ſcientia ſimilibus voluit
decreuit & ordinauit/ac omnibus & ſingulis Epiſco/
pis & aliis Prelatis domeſticis Referendariiſqꝫ ſuis
intra & extra Palatium apoſtolicum reſidentibus/
apoſtolice ſedis Prothonotariis participantibus lit/
terarum apoſtolicarum Correctori eiuſdem ſedis
Subdiaconis numerariis cauſarum Palatii apoſtolici
Auditoribus Camere Apoſtolice Clericis ſimiliter
numerariis/ cauſarum Curie dicte Camere generali

Auditori : Abbreuiatoribus de maiori Preſidentia officia ſua actu exercentibus/omnibusq; veris & im/mediatis ſue Sanctitatis familiaribus continuis com/menſalibus/ac venerabilium fratrum ſuorum Sancte Romane Eccleſie Cardinalium in dicto Palatio ad preſens habitantium ipſorumq; Epiſcoporum Prelatorum & Referendariorum / ac familiarium / etiam familiaribus continuis cõmenſalibus/ac ſue Capelle Cantoribus / Capellanis /Clericis Cerimoniarum & aliis ipſius Capelle Clericis in eadem ſeruiẽtibus pre/ſentibus & futuris conceſſit/q; ipſi & eorum quilibet deinceps in aſſecutione Canonicatuum & prebẽdaꝝ ac dignitatum perſonatuum adminiſtrationũ & offi/ciorum & preſtimoniorum preſtimonialium portionum & ſimplicium ac aliorum beneficiorum eccle/ſiaſticorum quorumlibet ſecularium & regularium quarumcũq; qualitatum/que in futurum vacabunt & vigore gratiarum conceſſarum & concedendarum huiuſmodi ac illarum reualidationum extenſionum ampliationum & mutationum collationũ earũdem duxerint acceptanda/& de quibus ſibi prouideri aut que ſibi cõmendari obtinebunt eiſdem prorſus ante/lationum prerogatiuis decretis declarationibus ordi/nationibus conceſſionibus derogationibus caſſatio/

nibus mandatis exceptionibus ſuſpenſionibus priui/
legiis fauoribus gratiis & indultis per Sanctitatē ſuam
ipſis familiaribus in eiſdem litteris quarum tenores
ac ſi de verbo ad verbum inſererentur haberi voluit
pro ſufficiēter expreſſis & inſertis deſcriptis in ſimili
aſſecutione Canonicatuū & prebendarum ac dignita
tum perſonatuum adminiſtrationum & officiorum
ac preſtimoniorum preſtimonialium portionum &
ſimplicium ac aliorum beneficiorum conceſſis & cō/
cedendis ac quibus ipſi deſcripti vtuntur potiuntur
& gaudent/ac vti potiri & gaudere poterunt quomō/
libet in futurum/non ad ipſorum inſtar/ ſed pariſor/
miter/& abſq; vlla differentia ſine tamen eorumdem
familiarium in litteris predictis deſcriptorum preiu/
ditio/vti potiri & gaudere / ac omnibus illis quibus
deſcripti familiares predicti anteferuntur immediate
& omnino anteferri poſſint & debeant/ ipſeq; antela/
tionum prerogatiue/immediate & omnino eis ſuffra
geatur in omnibus & per omnia perinde ac ſi ab
initio in eiſdem litteris nominatim & ſpecifice poſt
dictos familiares deſcriptos deſcripti fuiſſent / Nec
prerogatiue antelationes facultates declarationes &
indulta quecūq; ſi que in fauorem Regum Reginaꝝ
Ducum aliorumq; Principum & Prelatorum cuiuſ/

cũq; dignitatis Excellentie preeminentie aut quorũ cũq; Illuſtrium/& aliorum officialium ſedis predicte aut quarumcũq; pſonarum quauis Eccleſiaſtica vel mundana fulgentium dignitate/etiam motu & ſcien tia ſimilibus/ ac de apoſtolice poteſtatis plenitudine conſideratione eorũdem Regum Reginarum Prin/ cipum vel Prelatorum aut ad inſtar primorum fami/ liarium ſeu alias ſub quacumq; verborum forma & cum quibuſuis etiam preſentibus expreſſe deroganti bus derogatoriarũ derogatoriis clauſulis & alias quã tumcunq; fortiſſimis efficaciſſimis & inſolitis/ac tali/ bus q̄ illis nullatenus poſſit derogari etiam cum tota li illorum de verbo ad verbum inſertione a Sanctitate ſua & ſede predicta hactenus vel impoſterum emana uerint/cuicũq; aduerſus voluntatem decretum ordi/ nationem & cõceſſionem huiuſmodi quomodolibet ſuffragentur: Decernens ſic per quoſcunq; Iudices & Commiſſarios quacũq; auctoritate fungentes etiam eiuſdẽ Romañ Eccleſie Cardinales ac cauſarum Pa/ latii apoſtolici Auditores/tam in Romañ Curia quã extra eam in quibuſcũq; cauſis pro tempore motis & in quacũq; inſtantia pendentibus ſententiari diffiniri & iudicari debere/ſublata ipſis & eorũ cuilibet quauis alia interpretandi facultate/Ac irritũ & Inane ſi ſecus

ſuper hiis a quoquã quauis auctoritate etiã per Sancti tatẽ ſuã ſcienter vel ignoranter cõtigerit attẽptari. Nõ obſtañ p̃miſſis ac oĩbus illis que Sanctitas ſua in litteris deſcriptoꝝ huiuſmodi voluit non obſtare ceteriſq; contrariis quibuſcũq;.

¶ Placet publicetur & deſcribatur. .I.

¶ Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Rome in Cancellaria apoſtolica Anno Incarnationis dominice Milleſimoquingenteſimodecimonono Die Vltima Mẽſis Octobris Pontificatus prefati Sanctiſſimi domini noſtri. p̃p̃. Anno Septimo.

¶ Melchior de Campania Cuſtos.

Bulla approbationis ⁊ innouatio-
nis Litterarum Bonifatii
ix. contra Impedimen-
tes executionem
litteraꝝ apoſto
licarum.

✠



LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Ad perpetuam rei memoriam In ſupre/mo aplice ſedis ſolio meritis licet imparibus conſti/tuti ad ea libenter intēdimus per que debitus honor & reuerentia dicte ſedi a ſubditis & inferioribus prę/ſertim Pontificali dignitate preditis impendātur & ſiquid peruerſe aut minus recte per eoſdem inferio/res factum aut geſtum reperiatur quod in dicte ſedis depreſſionem ac malum exemplum & ſcandalum plurimoꝝ cedat id per noſtre prouidentie miniſte/rium reuocetur & ad debitam normam reducatur ne membra a capite cui obedientiam debitam & deuo/tam preſtare tenentur diſcordare videātur. Sane licet felicis recordationis Bonifatius. pp. ix. pdeceſſor no/ſter ad quem fidedignoꝝ relatione peruenerat quod certi Prelati quibus pie memorie vrbanus. pp. vi. etiā predeceſſor noſter conceſſerat vt in eoꝝ ciuitatibus & dioč executio litteraꝝ aplicaꝝ fieri nō poſſet niſi littere ipſe Prelatis ipſis aut eoꝝ officialibus prius ex hibite & per eos opprobate forent: & eorūdem Pre/latoꝝ officiales inconſuetudinem deduxerant, aliqui vero pretextu ſtatutoꝝ Prouintialiū ſeu Sinodalium etiā ſeruabant qđ nullus litteras aplicas hmōi exequi auderet niſi poſtq̄ Prelati ſeu officiales ipſi per ſuas lr̃as quas vidimus nuncupabant mandarent & cōce/derent vt iudices in ipſis lr̃is aplicis deputati & ſine licentia vel conſenſu quorūcunq; Prelatoꝝ vel ſupe/

rioꝶ aut officialium eorũdem litteras apl̃icas exequi poſſent & deberent Tamen nuper in publica ſigna/
tura coram nobis nonnulle ſupplicationes propoſite fuerunt continẽtes quod in Tolelañ & Carthagineñ ecclesiis ſub colore falſitatibus obuiandi edite fuerãt Cõſtitutiones Sinodales quibus caueri dicebatur vt Tabelliones & Notarii etiã a partibus reqſiti Litteras apoſtolicas nullatenus recipere poſſent niſi ille prius per Archiepm̃ Toletañ, & Epm̃ Carthagineñ pro tẽ/
pore exiſtentes aut coꝶ officiales examinate forent a nobiſq; earũdem Conſtitutionum cõfirmatio pete/
retur Nos petitionẽ huiuſmodi vti ratione carentẽ cum Romañ Pontificis geſta per inferiores & ſibi ſubditos ſine eius ſpeciali licentia examinari non de/
beant indecens & abſurdum quinímo temerarium eſſe cenſentes quod aliquis quauis occaſione litteras apl̃icas ſine Romañ Pontificis ſpeciali cõmiſſione examinare velle preſumat: propterea ſupplicationes ipſas prout merito reiiciende erant reiecimus & corã nobis lacerari fecimus: ac cõſtitutiones edẽtiũ teme/
ritatẽ tali caſtigatione reprimere ac ſuper his tale re/
mediũ adhibere volentes: vt aliis impoſteꝶ cõmittẽ/
di ſimilia aditus precludatur. Motu ꝓprio & ex cer/
ta nr̃a ſcientia ac de apl̃ice poteſtatis plenitudine lr̃as Bonifatii predeceſſoris hm̃oi tenore pñtium appro/
bamus: & innouamus: ac perpetue firmitatis robur obtinere illaſq; iuiolabiliter obſeruari debere decre/

uimus. Necnó quaſcūq; cōſtitutiones Sinodales tam in dictis Toletañ & Carthagineñ quã quibuſuis aliis eccleſiis per vniuerſum orbē conſtitutis ſuper his fa/ctas Motu ſcientia auctoritate & poteſtate predictis caſſamus & annullamus/ac ſtatuimus & ordinamus quod iudices & executores in lr̄is apoſtolicis pro tp̄e deputati ac Notarii & Tabelliones ſuper his requiſiti lr̄as ipſas apoſtolicas ſine alicuius perſone cuiuſcūq; eccleſiaſtice vel mū̄dane dignitatis fuerint licētia vel conſenſu exequi poſſint & debeāt. Et inſuper vniuer uerſis Patriarchis Archiep̄is Primatibus Ep̄is & aliis prelatis & perſonis eccleſiaſticis necnon dilectis filiis Cōmunitatibus Ciuitatū: & vniuerſitatibus Caſtroꝝ Oppidoꝝ Terraꝝ & locoꝝ ſub interdicti ſingularibꝰ vero perſonis eoꝝ ſecularibꝰ ſub excōmunicationis & anathematis penis quas eo ipſo ſi contrafecerint abſq; alia declaratione incurrant & a quibus nō̄ niſi a nobis vel ſucceſſoribus nr̄is Romañ Pontificibus canonice intrātibus preterquā in mortis articulo con ſtituti/& debita ſatiſfactione premiſſa abſolui & inter dicti hm̄oi relaxationē obtinere poſſint in virtute ſan cte obediētie diſtricte precipiēdo mandamus ne iudi ces & executores litteraꝝ apoſtolicaꝝ ac Notarios & tabelliones ſuper his requiſitos quo minus lr̄as apo/ſtolicas hm̄oi exequi poſſint quoquomodo impedi re preſumant ac eos qui executionē litteraꝝ hm̄oi im pediētibus auxiliū conſiliū vel fauorē quouiſmodo

directe vel indirecte publice vel occulte preſtare pre/
ſumpſerint etiã ſi Patriarchali Archiepāli Primitiali
Epāli & quauis alia eccleſiaſtica vel mundana etiam
Imperiali Regali Reginali aut Ducali vel alia pful/
geant dignitate eidem excõmunicationis & anathe/
matis ſentẽtie a qua nõ niſi vt prefert abſolui poſſint
ſubiacere ac Ciuitates Terras Caſtra Oppida & loca
predicta ad que inobedientes & contrafaciẽtes decli/
nare & in quibus morã trahere contigerit eccl'iaſtico
ſuppoſita interdicto tãdiu firmiter obſeruãdo donec
compuncti corde hmõi interdicti relaxationẽ debita
ſatiſſactione premiſſa meruerint obtinere ac ibidem
permãſerint & per Triduũ poſt eorum inde diſceſſum/
Motu ſcientia auctoritate & poteſtatis plenitudine
ſimilibus decernimus ac ſub dictis penis etiam man/
damus illis in quorum libris conſtitutiones Sinoda/
les & Prouinciales hmõi deſcripte reperiuntur ita de
leri & caſſari faciant vt amplius legi non poſſint.
Non obſtãtibus premiſſis ac Cõſtitutionibus & or/
dinationibus apoſtolicis nec non omnibus illis que
idem Bonifatius predeceſſor in ſuis litteris voluit nõ
obſtare contrariis quibuſcunque. Aut ſi Patriarchis.
Archiepis Primatibus Epis & aliis perſonis prefatis
vel quibuſuis aliis cõmuniter vel diuiſim ab eadẽ ſit
ſede indultum quod interdici ſuſpendi vel excõmu/
nicari non poſſint per litteras apoſtolicas non facien
tes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de

indulto hmõi mentionem/& quibuſlibet aliis priui/
legiis indulgentiis & litteris apoſtolicis generalib⁹ vel
ſpecialib⁹ quorũcunq; tenorum exiſtát per que pre/
ſentibus non inſertis effectus eorum impediri valeát
qũolibet vel differri/& de qbus quorũq; totis tenori/
bus de verbo ad verbũ ſit in noſtris litteris ſpecialis
mentio habenda que quo ad hoc cuiquam nolumus
aliquatenus ſuffragari. Vt auté pñtes littere ad oíum
notitiá deducátur volumus & mádamus illas in Cá/
cellaria aplica & valuis Baſilice Prícipis Apoſtoloꝝ
de vrbe nr̃a affigi vt ii quos hmõi lr̃e cõcernunt qđ
ad ipſos nõ peruenerint aut illas ignorauerint nullá
poſſint excuſationẽ pretẽdere vel ignorantiá allegare
cũ nõ ſit veriſimile quoad ipſos remanere incognitũ
qđ tam patenter fuerit publicatũ Veꝝ qa difficile fo/
ret pñtes lr̃as ad ſingula queq; loca in qbus expediẽs
fuerit illas deferre volumus & dicta auctoritate decer
nimus qđ illaꝝ tráſumpto manu publici Notarii íde
rogati ſubſcripto & Sigillo alicui⁹ Prelati ſeu alteri⁹
pſone í dignitate ecclíaſtica cõſtitute munito ea pror/
ſus fides ídubia in iudicio & extra aut alias vbilibet
adhibeať que pñtib⁹ adhibereť ſi ille eſſent exhibite
vel oſtẽſe. Nulli ergo oíno hominũ liceat hác pagi/
ná nr̃e approbatiõis/ ínouationis/caſſationis/annul/
lationis/ſtatuti ordinationis/mádati volũtatis & de/
creti infringere vel ei auſu temerario cõtraire. Siquis
autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem

oīpotentis dei ac Beatoꝝ Petri & Pauli Apoſtoloꝝ
eius ſe nouerit incurſuꝝ. Datú Rome apud Sanctú
Petrum Anno incarnationis Dñice.M.D.XVIII.
Kal̃.Martii Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

Albergatus.

¶ Lecta & Publicata fuit retroſcripta bulla ſiue cōſti
tutio Rome in Cācellaria Apoſtolica Anno Incar/
nationis Dñice.M.D.XIX.Die.xviii. Mēſis Iunii
Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto p̄ris & Dñi nr̄i
dñi Leonis diuina ꝓuidētia.p̄p̄.X.Anno Septimo.

Melchior de Campania ~~Prior~~.

¶ Anno dñi Milleſimoquingēteſimodecimonono
indictione ſeptima Pōtificatus Sanctiſſimi in chriſto
p̄ris & dñi nr̄i Dñi Leonis diuina prouidētia.p̄p̄.X.
Anno ſeptimo diebus vero decimaoctaua decima/
nona & vigeſima Menſis Iunii in Baſilice Principis
apoſtolorum de vrbe & vigeſimaſecunda vigeſima/
quinta & vigeſimaoctaua eiuſdem Mēſis Iunii ſuc/
ceſſiue etiā in Cācellarie apoſtolice valuis ſeu portis
diebus Cancellarie Retroſcripte lr̄e apoſtolice affixe
& publicate fuerunt per nos Henricum Bouſmardi
Sanctiſſimi.D.N.p̄p̄.Curſ.& p me Girardū dubi/
bier Prefati.S.D.N.p̄p̄.& Romañ Curie Curſorē.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE